



**Historia De Vita, Moribvs, Rebvs Gestis, Stvdiis Ac
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.
Martini Lvtheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

I. VVittenvergæ noui motus & sectæ inter Luth.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

pum esse Paulo superiorem , vel æqualem: sufficit te proximum Paulo esse. Hęc Luthe-
rus an. 1522. 29. Julij, qui in eadem præfatio-
ne insinuat , Melāchthonem iam tum in Ge-
nesim in Matthæum , in Ioannem quædam
commentatum , quæ furto se minatur abla-
turum, editurumque, nisi conatum hunc ipse
præueniat. Quod autem tam immodicè Me-
lanchthonem extollit, dum patribus eū præ-
fert in vniuersum omnibus, & post D. Paulū
constituit loco proximo; quin & Canone di-
gna eum scribere definit , id prensandi causa
factum est, vt hominem eximeret è cœlestiū
prophetarū vel Enthusiaſtarum fraudulētis
laqueis, quos anno 1521. per Carloſtadium, a-
liosq; nonnullos de fanaticorum grege cir-
cumuentus induerat. Ea res, quomodo gesta
sit, breuiter hoc loco venit inferendum.

ANNO

1522.

"

Causa la-
dis tam
immodicq;

C A P V T III.

- I. VVittenbergæ noui motus & sectæ inter Luth.
- II. Missa & reliquis relig. cultus , vnaq; litera-
rum studia abrogata , autore Carloſtadio
& Melancht.
- III. Tumultuum autoribus per Luth. repreſis, re-
stituta literarum exercitia.
- IV. Melanchthon in patriam abit. eius Heidel-
bergæ cum Nausea & inde cum Landgra-
vio colloqu. cum oſeruato in via augurio.

ANNO 1521. dum Lutherus VVormatiā
euocatur per Celarem, & postmodū in
Thu-

L

ANNO
1522.

Fanatici
nidificant
Witten-
bergæ.

à Zvvicca-
uio deme-
tatur.

Camerar.
in Mel. pag.
44. & seq.

II.
Missa Wit-
tenbergæ
aboletur.

Thuringia latitans abesset, fanatici quidam homines, quorum id temporis ferax erat Lutheranismus, VVittenbergæ nidificarūt. Horum primus erat Nicolaus quidam Pelargus, cui Marcus Zvviccauius sese coniunxit tanquam præceptorī, quem vti virum Dei & prophetam venerabatur. Et Pelargus quidem passim oberrabat incertis sedibus: Zvviccauius autem, qui VVittenbergæ pri- dem studijs operam dederat, in Melächthonis se familiaritatem insinuavit, à quo & ho- spitio receptus fuit, & humaniter habitus. Erat is homo magni supercilij, callidus inte- rim & vafer, qui de apparitionibus diuinis, deque mysteriorum, quæ dicebat sacris lit- teris abdita contineri, præcipua quadam in- telligentia gloriabatur. Et quia Melanch- thoni familiaris erat, factum est, vt VVittenbergæ quosdam è doctioribus, nugis suis dementatos, ad factionem istam adiungeret: Inter quos Martinus Cellarius homo non indoctus, & Andreas Bodenstein, Carlostadius primi nominis fuerunt; cum quibus & Melanchthon cōsūsurrauit. Nam & hic, quia curiosus erat, & iuuenis in omnem partem paulò facilior, ex hospitis sui Zvviccauij quotidiano consortio Enthusiasmo nonni- hil imbutus, ad nouam hanc factionem pro- pendebat.

Sub hoc tempus accidit, vt Augustiniani VVittenbergæ Misam abolerent; idq; Lu- therò quidem absente, sed concio tamen, & non